



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De accusatore & Reo c. 57.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

qui probatur reus innocentem esse, forma in ferenda sententia est, ut feratur secundum iura & leges, ut pœnæ quantitas, & alia præparatoria, & executionem comitantia obseruentur, * vis executionis, ut pœnas legis in fontes ferat, quas non potest remittere si sit inferior, si autem princeps supremus, tunc tantum potest, quando vel accusator remittit, vel persona est Reipublicæ admodum necessaria.

De Accusatione, & Reo. Cap. 57. & 58.

Nemo tenetur accusare, nec denūtiare peccata iam facta quæ actu non sunt, malefactoris pœnitente, nisi præcesserit infamia, vel aliqua probatio, & iudicè à iudice interrogetur. Cui peccatum est contra bonum commune, seu contra tertiam perso-

nam, in re graui, & est in fieri, seu
in proximo uisat, tenetur accu-
sare, præmissa tamen fraterna ad-
monitione, quæ non erit necessa-
ria, si delinquens incorrigibilis ha-
beretur, ut in heretico obfirmato,
vel ex eo quis timet sibi aut alii
grauè malum. In omni uero pec-
cato, siue redundet in damnum
Reipub. uel alicuius tertii, siue
non tenetur quilibet ex correctio-
nis præcepto delinquentem fra-
ternè admonere & corrigere, nisi
si ordo correctionis non speretur
profuturus, superiori denuntiatio
fraterna denuntiatione, prout est
pediendæ & uile uisum fuerit.
autem semper necessarium est
accusatori ad iustitiam accusa-
tionis, ut accuset recta intentione,
& cum ueritate, adhibeat
tiam ueros testes, ut non præsum-
ricetur, sed litem incoatam ab
soluat. Reus quando à proprio
iudice, & secundum iuris formam

interrogatur de crimine supra quo
præcessit infamia, aut iudicia, aut
semiplena probatio, & hæc iu-
ris forma est in processu probata,
& reo indicata, tenetur respon-
dere verum, etiam si mortem si-
bi inde imminere cognoscat, alias
peccat mortaliter. De crimine
autem occulto suo, vel alterius,
aut si quouis alio modo interro-
getur, quã iuridice, nec tenetur
nec debet illud manifestare, sed
potest dicere, se non fecisse, uti
Caiet. & Andr. monent, vel non
habuisse tales complices, quod ta-
men cautè iuxta intentionē pro-
prium, non absolutè pronuntiabit.
Obediet in cæteris iudici, nec con-
tra custodes insurget, si tamen ci-
tra vim possit fugere, licet sit iust è
captus, idlicitè poterit, etiam car-
ceris, compedum, & catenarum
fractione, & licet norit alios fugi-
turos, & custodes damnum ali-
quod inde accepturos, ipse tamen

omnia damna postea restitue-
gatenarum & carceris fractione.

De Teste Cap. 59.

TRia in Teste consideranda,
obligatio, repulsa, & culpa.
Obligatur Testis tunc testi-
monium reddere, cum erimen re-
dundat in damnum cōmune, vel
priuatę personę, & non est emen-
datum, sed adhuc fit, licet iuridice
non interrogetur. Cum vero cri-
men est iam commissum, & emen-
datū, nullus nisi iuridice interro-
gatus, respondere tenetur. Sciens
autem aliquem iniuste pati, tene-
tur prebere testimonium innocen-
tię illius, etiam non rogatus, dum-
modo cognoscat aliquid se profu-
turum, & nullum detrimentum
timeat. * Repulsam pati potest te-
stis, si infamis sit, vnde contrarie
parti licet aperire defectus etiam
occultos illius, vt se defendat, dum-
modo veritas dicatur, & ea tantū